



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum fides maneat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Art. preced.

lis remanentibus virtutes intellectuales educterent remanere formaliter. sunt enim principia formalia omnis intellectus, cum omnis intellectus sit ab intellectu in actu per species intelligibile. Secundo dicitur, quod autior minus dicitur, & plus intendit: nam per species intelligibiles intelligit ipsas, & quicquid se tenet ex parte ipsarum, sive sit ordinatio earum, sive sit habitus ad utendum eis, sive quocumque aliud: totum enim hoc in virtutibus intellectualibus tenet se ex parte formalis, & phantasmata cum pertinentibus ad ea ex parte materialis. Rationabile est autem se exponere huc locum: quoniam questio est de virtutibus in anima, ut separantur a corpore: ac per hoc quicquid se tenet ex parte anime, computatur pro vno & formalis quicquid autem ex parte corporis, pro alio vno & materiali. Nominantur autem totum illud for male a speciebus intelligibilibus, ut pote certioribus, prioribus, & formalioribus, secunda sui generis.

A dictum est. * ergo & fides. ¶ 2 Præterea. Cognitio fidei, & cognitio gloriæ differunt secundum perfectum & imperfectum: sed cognitio imperfecta potest esse simul cum cognitione perfecta. sicut in Angelo simul potest esse cognitio vespertina cum cognitione matutina, & aliquis homo potest simul habere de eadem conclusione scientiam per syllogismum demonstrativum, & opinionem per syllogismum dialecticum. ergo etiam fides simul esse potest post hanc vitam cum cognitione gloriæ.

B SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 2. ad Corinth. 5. Quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino: per fidem enim ambulamus & non per speciem: sed illi qui sunt in gloria, non peregrinantur a Domino, sed sunt ei præsentēs. ergo fides non manet post hanc vitam in gloria.

C RESPON. Dicendum, quod oppositio est per se & propria causa, quod vnum oppositum excludatur ab alio, in quantum scilicet in omnibus oppositis includitur oppositio affirmationis & negationis. Invenitur autem in quibusdam oppositis secundum contrarias formas, sicut in coloribus album & nigrum: in quibusdam autem secundum perfectum & imperfectum. vnde in alterationibus magis & minus accipiuntur ut contraria, ut cum de minus calido fit magis calidum, ut dicitur in 5. Physic. * Et quia perfectum & imperfectum opponuntur, impossibile est, quod simul secundum idem sit perfectio, & imperfectio. Est autem considerandum, quod imperfectio quidem quandoque est de ratione rei, &

D E pertinet ad speciem ipsius, sicut defectus rationis pertinet ad rationem speciei equi, vel bouis. Et quia vnum & idem numero manens non potest transferri de vna specie in aliam, inde est quod tali imperfectio sublatā, tollitur species rei: sicut iam non esset bos, vel equus, si esset rationalis, quādoque verō imperfectio non pertinet ad rationem speciei, sed accidit individuo sicut aliquid aliud: sicut alicui homini

r. quest. secunda secundæ, ideo hic pertranseo: quia tamen hic fundamenta iaciuntur, pro intellectu terminorum, duo notanda sunt. Primum est, quod præfens articulus de fide, & sequens de spe, directe loquitur de actibus fidei, & spei, & non de habitibus. In quinto namque articulo summans auctor questionem de fidei & spei duratione, de habitibus duratione determinat quid sentiendum, ut ibi patet. Que igitur de fide & spei in his duobus legis articulis, ad actus earum refer. Secundum est, quod cum dicitur, quod fides importat imperfectioem ex parte subiecti, posset bene & male intelligi, vel non intelligi: & consequenter errare in principijs. Si quis enim intelligat eam dicere imperfectioem ex parte subiecti, quia ponit actum imperfectum, seu diminutum in subiecto, errat. Nam cognitio per medium probabile alicuius conclusionis demonstrabilis ponit etiam actum imperfectum, seu diminutum in subiecto: & tamen non est fides, nec impossibile scientia. stat. n. cum scientia eiusdem in eodem subiecto, ut in litera dicitur. non est igitur sermo, quod habitus fidei in clinat subiectum in actum imperfectum, ut multum videtur intelligere. Quamvis enim hoc verum sit de actu & habitu fidei, non tamen hoc est intentum. hec. n. imperfectio est cōis sibi, & opinioni, & cognitioni probabilis: sermo autem præfens est de imperfectioem propria fidei, qua distinguatur ab alijs, & dicitur quod tenet se ex parte subiecti. Rursus sicut hoc, differentia sicut perfectum & imperfectum ex parte subiecti esset sicut quid, & non simpliciter: quoniam ex hoc non haberetur, quod subiectum absolute non videat illud creditum, sed quod subiectum in quantum est sub illo habitu, vel actu, non videt illud creditum, ut patet in

S 4 litera

ARTICVLVS III.

Vtrum fides maneat post hanc vitam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod fides maneat post hanc vitam. Nobilior enim est fides, quam scientia: sed scientia manet post hanc vitam, ut

Prima Secundæ S. Thomæ.

litera autē dicitur, q̄ fides opinio, & scientia differunt secundum perfectum & imperfectum ex parte subiecti, ita quod credens nō videt id quod creditur: quod idē est ac si diceret, ex parte subiecti simpliciter & absolute. Ad intelligendū ergo, quomodo ex parte subiecti absolute propria imperfectio fidei sit, scito quod fides dicitur imperfecta ex parte subiecti, quia constituit subiectum absolute in esse imperfecto, seu quod in idē redit, exigit subiectum absolute imperfectum: & est sermo de imperfecto priuatiue, ita quod ponit subiectum absolute priuatiue visioe illius quod creditur. & est simile de istis actibus & motu ita q̄ sicut motus ex hoc ipso q̄ inest alicui, constituit ipsum in esse potentia respectu termini, ac per hoc in priuatione actuali termini: ita credere & sperare constituit subiecta in priuatione crediti & sperari. Et sicut motus est actus entis in potentia ut sic, ita fides est affectus determinatus nō videntis, ut sic. Et spes est appetitus nō habentis ut sic, & propterea importat imperfectiōe subiecti nō secundum quid, sed simpliciter: non per accidens, sed per se. Et propterea sicut motus non stat cum termino excludente priuationem eius, ita nec spes stat cū eius termino, ut in articulo quarto dicitur: nec fides stat cū visione, quia vtrobiusque excluditur priuatiua imperfectio subiecti, quam vterque actus substantia liter sibi veditabat, ut in litera dicitur. Et huic sensui attestatur litera de perfectione & imperfectiōe ex parte obiecti, & ex parte medij. Sicut enim perfectio vel imperfectio proprii obiecti, constituit cognitionem perfectam, vel imperfectam obiectiue: & similiter perfectio, vel imperfectio

Sermon. 27. de ver. Apost. in princip. rom. 10.

D. 610.

quādoque accidit defectus rationis, inquantū impeditur in eo rationis vsus propter somnum, vel ebrietatē, vel aliquid huiusmodi. Patet autem q̄ tali imperfectiōe remota nihilominus substantia rei remanet. Manifestum est autē, q̄ imperfectio cognitionis est de ratione fidei: ponitur enim in eius diffinitione. Fides enim est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, ut dicitur ad Hebr. 11. Et Aug. dicit. * Quid est fides? credere quod nō vides. Quod autem cognitio sit sine apparitione vel visione, hoc ad imperfectiōem cognitionis pertinet: & sic imperfectio cognitionis est de ratione fidei. vnde manifestum est, q̄ fides non potest esse perfecta cognitio eadem numero manens. Sed vterius considerandum est, vtrum simile possit esse cum cognitione perfecta: nihil enim prohibet aliquā cognitionem imperfectam simul esse aliquādo cū cognitione perfecta. Est igitur considerandum, quod cognitio potest esse imperfecta tripliciter. Vno modo ex parte obiecti cognoscibilis: alio modo ex parte medij: tertio modo ex parte subiecti. Ex parte quidem obiecti cognoscibilis differunt secundum perfectum & imperfectum cognitio matutina & vespertina in angelis: nā cognitio matutina est de rebus, secundum quod habent esse in verbo: cognitio autem vespertina est de eis, secundum quod habent esse in propria natura, quod est imperfectum respectu primi esse. Ex parte verō medij differunt secundum perfectū & imperfectum cognitio quæ est de aliqua cōclusiōne per medium demonstratiuum, & per medium probabile. Ex parte verō subiecti differunt secundum perfectum & imperfectum opinio, fides, & scientia: nam de ratione opinionis est, quod accipitur vnum cum formidine alterius oppositi, vnde non habet firmam inhaesionem. De ratione verō scientiæ est, quod habeat firmam inhaesionem cum visione intellectiua: habet enim certitudinem procedentem ex intellectu principiorū. Fides autē medio modo se habet: excedit enim opinionem in hoc, quod habet firmam inhaesionem: deficit verō a scientia in eo, quod non habet visionem. Manifestum est autem, quod perfectum & imperfectum non possunt simul esse secundum idem: sed ea quæ differunt secundum perfectum & im-

perfectum, secundum aliquid idē possunt esse in aliquo alio eodē. Sic igitur cognitio perfecta & imperfecta ex parte obiecti nullo modo possunt esse de eodē obiecto, possunt tamen conuenire in eodem medio, & in eodē subiecto. Nihil enim prohibet, q̄ vnus homo simul & semel per vnū & idē medium habeat cognitionem de duobus, quorum vnum est perfectum, & aliud imperfectum: sicut de sanitate & ægritudine, & bono & malo. Similiter etiam impossibile est, q̄ cognitio perfecta & imperfecta ex parte medij, cōueniat in vno medio: sed nihil prohibet quin cōueniant in vno obiecto, & in vno subiecto. potest enim vnus homo cognoscere eandem conclusionem per medium probabile, & demonstratiuum. Et est similiter impossibile, q̄ cognitio perfecta & imperfecta ex parte subiecti sint simul in eodē subiecto. Fides autē in sui ratione habet imperfectionē, quæ est ex parte subiecti, ut scilicet credens non videat id quod credit: beatitudo autem de sui ratione habet perfectiōnē ex parte subiecti, ut scilicet beatus videat id quo beatificatur, ut supra dictum est. * Vnde manifestum est quod impossibile est, q̄ fides maneat simul cum beatitudine in eodem subiecto.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fides est nobilior quā scientia ex parte obiecti, quia eius obiectum est veritas prima: sed scientia habet perfectiorem modum cognoscendi, quā nō repugnat perfectiōni beatitudinis, scilicet vltimū, sicut repugnat ei modus fidei.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ fides est fundamentū tantū ad id quod habet de cognitione: & ideo quādo perficitur cognitio, erit perfectus fundamētū.

AD III. patet solutio ex his, quæ supra dicta sunt.

ARTICVLVS III.

Utrum spes maneat post mortem in statu glorie.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ spes maneat post mortē in statu glorie. Spes enim nobiliori modo perficit appetitū humanū, q̄ virtutes morales: sed virtutes morales manent post hanc uitā, ut patet p̄ Aug. in 14. de Trin. * ergo multo magis spes post hanc uitā, & in beatis quidem timor filialis, qui manet in seculum, & in damnatis timor peccatorum, ergo spes pari ratione potest permanere. ¶ 3. Prat. Sicut spes est futuri boni, ita & desiderium sed in beatis est desiderium futuri boni & quantum ad gloriam corporis, quā animæ beatorum desiderant, ut dicit Aug. 12. super Gen. * ad literam: & etiam quantum ad gloriam animæ, secundū illud Eccl. 22. Qui edunt me, adhuc esuriēt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Et 1. Pet. 1. dicitur. In quem desiderant angeli prospici-

ctio ex parte proprii medij cōstituit perfectam vel imperfectam cognitionē secundum medium: ita imperfecto vel perfectio proprii subiecti absolute constituit cognitionem perfectam vel imperfectam, ex parte subiecti. Nec mirum est dico subiectum in esse imperfectum cōstituit cognitionem perfectam, cū prius dixerim cognitionem imperfectam huiusmodi cōstituit subiectum in esse imperfecto. Memento q̄ cause sunt fibiue cause: & q̄ sic motus cōstituit formam subiectum in esse actū, & sic in potentia: ita & eorum subiectū sic actū, & sic in potentia cōstituit subiectum in esse materialiter motum in esse imperfecto: simile enim accidit in proposito. Et hęc doctrinā bene noto, quoniam ex ea habes solutionem ad omnia opposita: & quare fides, opinio & scientia de eodē sunt impossibiles in eodem ex quo est eorū. & habet pro art. 3. & 4. etc.